UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

Rationes ad inueniendu[m] pascha. c. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

nos per ordinē: qꝛ non ꝓceditur vltra 19. numeruꝫ: ſed reuerti-
tur ad priorē: vnde cyclus clauiū aurei numeri ⁊ epactarū non
differunt quantitate, differunt tn̄ principio, qꝛ cyclus epactarū
incipit a ſeptēbri, cyclus aūt aurei numeri ⁊ clauiuꝫ a ianuario.
Unde ſi velimus ſcire quotus ſit annus cycli aurei numeri, ⁊
clauiū, poſſumus ſcire per diuiſionē annorū dn̄i factaꝫ ſuperius
in titulo de epacta. Inuento quotus ſit annus clauiū, poſſumus
ſcire que ſit clauis illius anni per aliaꝫ hanc rōnem. Numerus
enim ille, qui remanet de diuiſione annorū dn̄i numerari debet
per ſummitates quinqꝫ digitoruꝫ, inchoando a pollice: ⁊ ſi nū-
merus terminatur in pollice, debemus addere 25. ⁊ ſumma in-
de prouenienſ erit clauis illius anni: ſi vero numeruſ finitur in
indice, debemus addere 13. ſi in medio, 31. ſi in annulari 19. ſi in
auriculari, 7. ⁊ ſi ſumma inde ꝓueniēs exceſſerit 49. abiectis 30.
quod remanſerit erit clauis, que additio his verſib. continetur.

Uiginti quinqꝫ tredecim plus eſſe tricenos.
Undē vicena epa digitis pro clauibus apta.

Sedes quidē clauium nunqꝫ inuenitur in calendario, niſi ſuper
hanc literam g. prima ergo g. ianuarij eſt clauis ſeptuageſime.
vltima g. eiuſdem menſis eſt clauis quadrageſime: ⁊ ſecunda g.
martij eſt clauis paſchatis: tertia g. aprilis eſt clauis rogatio-
num. vltima g. aprilis eſt clauis pentecoſtes: vnde verſus.

Primaqꝫ, ⁊ vltima g. Jani, Martiſqꝫ ſecunda,
Tertiaqꝫ aprilis tibi ſignat, ⁊ vltima clauem.

Habita ergo claue anni, incipe cōputare a ſede clauis: ⁊ cōple
illā in diebus calendarij ꝑ ordinē ꝓcedendo: ⁊ vbi terminabit,
ibi erit terminus ſolēnitatis: ita ꝙ in proximo die dn̄ico ibi ſe-
quēti erit initiū ſolēnitatis, cuius eſt clauis, ſed rōnes incipiunt
in ſequēti die lune: ⁊ ſi fuerit biſſextus, cuilibet claui eſt vna dieſ
addenda. ¶ Rationes ad inueniendum paſcha. Cap. 7.

POſſumus ēt ſcire paſchales terminos per etatem lune: cu-
ius rationem ſequitur iuxta conſuetudinem iudeorum, de
quo talis datur regula. Accipe lunam quecunqꝫ eſt in feſto epi-
phanie: ⁊ perfice illam procedendo per dies calēdarij ordina-
te vſqꝫ ad 40. dies, ⁊ ſi fuerit biſſextus, vſque ad 41. in proxima
die dominica ſequenti erit initium ſeptuageſime: vnde verſus.

A feſto ſtelle numerando perfice lunam.

Quadra-

Quadraginta dies poſt ſeptuageſima fiet.
Biſſextus quando fuerit, ſuperadditur vnus.
Si cadit in lucem domini tunc ſume ſequentem.
Si cadit in feriam ſeptenam, ſitqꝫ biſſextus,
Linque diem domini primum, ſumasqꝫ ſecundum.

Habita ergo ſeptuageſima terminos aliarū mobiliū feſtiuitatū facile ſcire potes. Nā a ſeptuageſima vſqꝫ ad dn̄icam 1. quadrageſimę ſunt tres integrę ſeptimanę: a dn̄ica 1. quadrageſimę vſqꝫ ad paſcha ſūt ſex itegrę ſeptimanę: a paſcha vero vſqꝫ ad diem lunę rogationum ſunt quinqꝫ ſeptimanę, ⁊ vnus dies: a paſcha vero vſqꝫ ad pentecoſten computantur quinquies decem dies. Terminū quoqꝫ paſchalem his verſibus ſcire potes.

Poſt nonas martis vbi ſit noua luna require.
Tertia lux Domini proxima paſcha tenet.

¶ Rurſus vbicūqꝫ poſt duodecimū cal. aprilis luna decimaquarta reperitur, dominica proxima paſcha celebratur. Item qualiſcūqꝫ luna fuerit in cal. ianuarii, talem fac eaꝫ in feſto ſancti Benedicti, ſiue 12. calen. aprilis: ⁊ illam computes vſqꝫ ad 24. ⁊ ibi erit paſcha hebręorum. ¶ Rurſus ab 8. idus Martii vſqꝫ ad nonas aprilis ſunt dies 29. quocunqꝫ ergo illorum luna fuerit prima, computetur vſqꝫ ad quatuordecim: ⁊ ibi erit paſcha hebręorū. Eſt etiā ⁊ alia ratio inueniendi paſcha ꝑ ętatem lunę: qn̄ qn̄ luna currit per vnuꝫ, erit paſcha dn̄ica prima poſt nonas aprilis: qn̄ currit per duo, erit dominica prima poſt 8. cal. aprilis: quādo currit per tres, erit dn̄ica prima poſt idus aprilis: qn̄ currit ꝑ quatuor, erit dn̄ica prima poſt nonas aprilis: qn̄ per quinqꝫ, erit dn̄ica prima poſt 11. cal. aprilis: qn̄ ꝑ ſex, erit dn̄ica prima poſt 4. idus aprilis: qn̄ per ſeptem, erit dn̄ica prima poſt 3. calē. aprilis: qn̄ per octo, erit dn̄ica prima poſt 14. cal. maii: qn̄ per nouem, erit dn̄ica prima poſt 7. idus aprilis: qn̄ per decem, erit dominica prima poſt 6. cal. aprilis: qn̄ per vndecim, erit dominica prima poſt 17. cal. maii: qn̄ per duodecim, erit dominica prima poſt pridie nonas aprilis: qn̄ ꝑ tredecim, erit dominica prima poſt 9. cal. aprilis, qn̄ per quatuordecim, erit dominica prima poſt pridie idus aprilis: qn̄ ꝑ quindecim, erit dn̄ica prima poſt 12. cal. aprilis, qn̄ ꝑ decemſeptem, erit dominica prima poſt 5. idus aprilis, qn̄ per octodecim, erit domi-

nica

nica poſt 4.idus aprilis, qñ per 19.erit dñica poſt 15.calē. maii. Tabulas inſuper manuales nonnulli ad inueniendos paſchales terminos cōfecere, ſicut Dionyſius, Iſidorus, ⁊ quidā alii, quas ad pręſens duximus dimittendas, ne difficultas ſit nimiū oneroſa. Ad pręſens igitur ſufficiant carmina noſtra infraſcripta. Eſſe grauem nobis bello carnem caueamus.

Bellum ſępe gerens etiam puto deiicit hoſtem. 2.

Mox animę lucrū inuenies cum religioſis. In his verſibus ſunt 19.dictiones, 19.annis cycli lunaris ſeruientes, prima primo, ſecūda ſecundo, ⁊ ſic ꝑ ordinē, ſumpto initio a primo anno cycli, ⁊ quota fuerit prima lr̃a dictionis in ordine alphabeti, q̄ nō deſinat in m. tota die aprilis cōputādo a mēſis principio verſus finē, erit terminus paſchę hebręorum.i.luna 14. ⁊ in primo dñica ſubſequenti erit paſcha noſtrū, ſicut in ſexta parte ſub tractatu de paſcha plene dictū eſt. Ibi etiā patet quare ſub 5.calē. aprilis ſcribit in calendario reſurrectio dñi. Si vero dictio deſinit i m. quota eius erit prima litera in alphabeto, tota die martii cōputando a mēſis fine verſus principiū erit terminus paſchalis iudęorū, ⁊ in primo die dñico, q̄ poſtea occurrerit, deſcēdendo verſus finē, erit paſcha nr̃m, hoc cautius obſeruādo, q2 carnē ⁊ caueam⁹ in p̄fatis verſibus dēnt ſcribi ꝑ c, ⁊ hoſtē debet ſcribi ꝑ h, q̄ in hoc loco pro lr̃a reputatur. Pōt ⁊ aliter paſcha facile inueniri, pone enim in calendario tuo in margine aureū numerum ſequentem. vz iuxta 12.calē.aprilis pone 16.iuxta 11.cal.pone 5.iuxta 12.cal.13.iuxta 8.cal.2.iuxta 6.calen.10.iuxta 4.cal.18.iuxta 3.cal.7.Itē iuxta cal.aprilis 15.iuxta 4.nonas aprilis 4.iuxta 2.nonas 10.iuxta nonas.1.iuxta 6.idus 19.iuxta 5.idus.17.iuxta 4.idus.6.iuxta 2.idus 14.iuxta idus 3.iuxta 17.cal.maii.11.iuxta 15.cal.19.iuxta 14.cal.8. Volens ergo terminum paſchę inuenire, adde vnum annis dñi tunc currentibus, poſtea diuide ipſos quoties poterit per 19. ⁊ ſi diuiſio ꝑficiatur in 16.ita q̄ nil ſuperſit, recurre ad calēdariū tuū: ⁊ in illa die, iuxta quā inuenies ſcriptū 19.erit paſcha hebręorū, qđ ſemper celebrant in 14.luna, ⁊ in ſequenti dñica erat paſcha noſtrum. Si vero aliquid ſuperſit ſuper vltima 19.puta quinq3, vel decē, vel 15.dies, tunc paſcha hebręorū erit in die illa, iuxta quā ſcriptū inuenies 5.vel 10.vel 15.⁊ ſic de aliis p̄miſſis numeris, ⁊ diebus:

⁊ in

⁊ in ſequenti dn̄ica erit paſcha noſtrū: quod nō pōt eſſe ante 11. cal. aprilis, nec poſt 7. cal. maii. v. g. hoc anno computantur anni dn̄i 1286. quorū 1273. ſunt recte diuiſi per 19. ſuperſunt ergo 13. de ꝑmiſſo numero, quibus additur vnus, ⁊ fiunt 14. vbi ergo inueneris in tuo calendario hūc numerū, ibi erit hoc anno paſcha iudęorū: in ſequenti vero anno erit vbi inuenies ſcriptū 15. ⁊ ſic vſque ad 19. poſtea vero reditur ad 1. ⁊ ſic perpetuo fiet. Per eundē quoqȝ modū poteris terminum ſeptuageſimę inuenire. Pone in calendario tuo in margine iuxta 16. calē. Februarij hunc numerū 8. Itē in eadē linea pone 16. iuxta 15. calen. Februarij, pone 5. iuxta 14. cal. 13. iuxta 13. cal. 2. iuxta 12. calē. 10. iuxta 10. calē. 18. iuxta 8. cal. 7. iuxta 7. calē. 15. iuxta 5. cal. 4. iuxta 4. cal. 12. iuxta 2. calē. 1. iuxta cal. februarij. Item iuxta 3. nonas februarij 9. iuxta nonas 17. iuxta 8. idus 6. iuxta 6. idus 14. iuxta 5. idus 3. iuxta 3. idus 11. iuxta idus 19. Diuiſis ergo annis dn̄i per 19. vt ꝑmiſſum eſt, vide, qui numerus ſupereſt ſuper 19. ⁊ vbi illū in ipſo calendario inueneris, ibi erit terminus ſeptuageſimę, qui ſemꝑ eſt in luna vndecima: ⁊ in ſequenti dn̄ica ſeptuageſimā celebramus, q̄ non pōt eſſe ante 15. calen. februarij: nec poſt 9. cal. martij, ſicut nec quadrageſima poteſt eſſe ante pridie nonas februarij, nec poſt 6. idus martij. Eodē ēt mō terminus pentecoſtes inueniri pōt: pone. n. in tuo calendario in margine iuxta 7. idus maij 16. iuxta 6. idus 5. iuxta 4. idus 13. iuxta 3. idus 2. iuxta idus 10. Itē iuxta 17. cal. Junij 18. iuxta 15. calen. 7. iuxta 13. cal. 15. iuxta 12. cal. 4. iuxta 10. cal. 12. iuxta 9. calē. 1. iuxta 7. calen. 19. iuxta 5. cal. 12. iuxta 4. cal. 6. iuxta pridie. cal. 14. Item iuxta calē. Junij 3. iuxta 3. nonas. 11. iuxta nonas. 19. iuxta 8. idus 8. Diuiſis ergo annis dn̄i per 19. numerū illū, qui ſupererit ſuper 19. quęre in ꝑmiſſis locis calēdarij: ⁊ vbi illū inueneris, ibi erit pentecoſte hebręorū, quod ſemper eſt in luna 4. ⁊ in ſequēti dn̄ica erit pentecoſte noſtrū, quod nō pōt eſſe ante 6. idus maij, nec poſt idus iunij, ſicut nec rogationes eſſe pn̄t ante 6. calen. maii, nec poſt calen. iunii. Pōt ēt paſcha aliter inueniri per hāc tabulam, 5.15.13.2.22.10.30.18.7.27.15.4.24.12.1.21.9.19.17. Iſti numeri repn̄tant quoſdā dies aprilis ⁊ martij, in quibus contingit paſcha hebręorū, cōputando dies illos a principio ipſorū menſiū, ita ꝙ ipſi numeri a viginti infra rn̄deant aprili, a viginti ſu-

pra

pra martio: hoc vult dicere hęc tabula: ꝙ in primo anno cycli lunaris eſt paſcha hebreorū in 5. die intrantis aprilis: in ſcdo anno eiuſdē cycli eſt quintadecima die intrātis martij: ⁊ ſic de alijs donec numeri ipſius tabulę cōpleantur: poſtea reditur ad primū annū cycli. Qualiter aūt inueniantur anni cycli, dictum eſt ſupra, vbi agitur de epacta. Quare feſta ſaluatoris, excepto feſto natalis, ſiue natiuitatis, ſint mobilia, dictū eſt in ſexta parte, ſub feſto natalis. Ultimo, ſm Iſido. ſciendum eſt, ꝙ inter latinos ⁊ gręcos eſt varietas: ſub termino feſtiuitatis paſchalis: quod prouenit, quia latini a tertio nonas martij vſqz in tertiuz nonas aprilis primi menſis lunam requirunt: ⁊ ſi quintadecima luna die dominica prouenerint in aliam dominicaz paſcha protrahunt, vt premiſſum eſt. Gręci vero obſeruant primam lunam ab 8. idus martij, vſqz ad diem nonam aprilis,

De Cyclis. Cap. 8.

Quia in pleriſqz huius partis locis de cyclo mentio facta eſt, ideo de cyclo aliqua dicamus. Notādū eſt ergo ꝙ Cyclus eſt ſpatiū aliquorum annorū in ſe rediens ſm aliquos numeros: ⁊ dr̄ quaſi circulus per duplicez ſyncopaz. Eſt. n. cyclus vocatus, eo ꝙ in orbē digeſtus ſit: ⁊ quaſi in circulū depoſitum ordinē complectatur annoꝝ, ſine varietate ⁊ ſine arte: ſunt aūt ſex cycli. Primus ſolaris incipiens in 6. calend. martij, in feſto Mathię ꝯſtans ex 28. annis, ꝯtinens cōcurrentes ⁊ regulares ſolares ⁊ dn̄icales, ⁊ annos biſſextiles ⁊ cōes. Secūdus cyclus eſt decemnouennalis cōſtans ex 19. annis, ⁊ incipit a ianuario cōtinens in ſe aureū numeruz, ⁊ claues terminorū. Tertius eſt cyclus lunaris, incipiens ſimiliter a ianuario habēs 19. annos. Incipit aūt quarto anno cycli decēnouennalis: hunc inuenerūt Romani: vt ſcirent qua hora luna a ſole accenderetur: ſed quia pceſſu temporis hęc inuentio falſificata eſt, nihil operamur ſecunduz hunc cyclum. Quartus eſt epactalis incipiens 5. calen. ſeptēbris, habens ſimiliter annos 19. continēs in ſe regulares lunares, ⁊ epactas, ⁊ annos, ⁊ ꝯmunes, ⁊ emboliſmales. Quintus eſt cyclus magnus cōſtans ex quingentis 32. annis: vel ſm alios quingentis triginta annis: ſm quē formaſ tabula Dyonyſij. Sextus eſt cyclus indictionalis: conſtans ex 15. annis, ⁊ ꝯtinens indictionales. Romani enim, qꝛ difficile erat de remo